



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

2

MAGICA ZOROASTRI ORACULA,
PLETHONIS COMMENTARIIS
ENARRATA.

Iacobo Marthano Pictaviensi, interprete.



PARISIIS
Apud Ioannem Lodoicum.

M. D. XXXIX.
Jo. Alberti Widmystadij.

AMERICAN INDIAN ASSOCIATION
WASHINGTON, D. C.
JANUARY 1911

THE AMERICAN INDIAN ASSOCIATION

AMERICAN INDIAN ASSOCIATION
WASHINGTON, D. C.

AMERICAN INDIAN ASSOCIATION
WASHINGTON, D. C.

Iacobus Marthanus D. Gancherio Mar-
thano patri, rei medicæ iuxta politiorisque
omnis literaturæ absolutissima cognitione
prædito. .S.

Zoroastri uetutissimi, si uel Plutarcho, uel Plinio suffraganur,
luculentissimi que magiæ scriptoris libellum, cui sit epigraphæ
μαγικὰ λόγια, nuper à situ carieq; assertū, impēsissima cū mihi
cura uertendū rogatu Cōradi Neobarj uiri mei enixissime studiosi,
duxisē, ad locos offendi plerosq; uitiatos, an integros, nō ausim, ubi
me probius expēdi, pronūciare: certe quidē eius generis, qui multū
mihi negotij exhibuerint. ut ne laudē illud Plutarchi, quod huc cisci q̃
appositissime queat, *τοῦ μὲν τῶν ἱερῶν τοιούτων ἀνιγνῶσι κα-
τοικεῖν φθαῖ*. Eamobrem carmentantummon planē ad uerbū ex-
pressi. nam in Commentario uertendo, ea religione, putidum uisum
est futurum, si me alligassē. ut cunq; pater eruditiss. hoc operæ tibi
nuncupo, ut me intelligas, quanquam istud olim iam tibi persuasissi-
mum est, huc propensissime spectare, amicitia ut nostra primum iure
naturali, uinculo scilicet artissimo contracta, tum deinde tuis officijs
impendiō confirmata, ab omni tandem ipsa senio sarta tecta uindice-
tur. Vale.

a ij

Lodoicus Molinæus Rupefortensis
Candido lectori.

Siquid te iuuat alta Zoroastri
Eruditio, lectita hunc libellum
Vnum, qui tibi plus erit trecentis,
Quem lingua prius attica sonantem
Nuper asseruit Latinitati,
Donauitq; phrasi noua uenustum
Marthani studium, uigilq; cura.
Qul quam Cecropios probe lepôres,
Tam belle refitis procul tenebris,
Queis longum fuit oblitus per æuum,
Nunc linguæ ueneres olet latine.
Hic unus tibi plus erit libellus,
Quam tot ἱερὸν γράμματα semel regeſti
Auctorum temerè libri: recellit
Nam planè phyſicos Platonas, atq;
Mutos Pythagoras' ſapit; ſophosq;
Antiquum ſonat, et ſeuiores
Prodit Democritos, et id quod ætas
Fortunator ædidiſt Sophorum,
Dum ſtarent, decus orbis uniuerſi,
Viris nobilibus graues Athene.
Vnum, ſi ſapis, hunc capeſſe lector,
Cum ſuade ſerat intimam medullam.
Nam quid congeries grauis librorum
Obrutrix animi maligna prodeſt?
Hic unus tibi plus erit trecentis.

P Erquire animæ ductum, unde, quousque ordine,
 Nauata corpori opera, ad ordinem unde manasti,
 Rursus erigaris, opere, uerbis sacrosanctis adiuncto:
 Ne deorsum nuas, præcipitium in terra sub sternitur,
 E loco trahens septem meatibus prædito, infra quem gravis
 Neceſſitatis solium est.
 Tuum uas feræ terræ habitabunt:
 Ne fatum auxeris:
 Neque enim à paterno principio imperfectum quicquam uersatur.
 At uero non admittit eius uota mens paterna
 Quoad dum exierit obliuionem, atque uerbum promiserit,
 Memoriae inficiens sacram patris tesseram.
 Adspirandum tibi, properandumque est ad lumen, et patris splendores,
 Vnde immissa tibi est anima, plurima mente circumsepta,
 Hos autem terra deplorat adusque posteros,
 Expulsores animæ, ac per quos respirare sit integrum, soluti sunt
 Læuo in latere cubilis, uirtutis fons, (faciles.
 Intus totus manet, uirginitatem minime proiciens.
 Anima hominum, Deum quadam tenus in sese cogit,
 Mortale nihil complexa: tota diuinitus inebriata est.
 In harmonia gloriatur, sub qua corpus uitale sit.
 Quoniam anima, cum sit ignis patris lucidus,
 Et immortalis permanet, et est uitæ domina.
 Eadem mundanorum quoque sinuum multos numeros possidet.
 Quere Paradisum:
 Ne spurces spiritum, remoue planam adaugeas.
 Est et idolo locus in regione splendida.
 Sed nec materiale corpus præcipitio deferres,
 Ne exegeris uti nequid incommodi perpetiatur.
 Si mentem ignitam erexeris, fluxum alioqui corpus seruabis:
 E finibus terræ proſiliunt, minus uerum
 Signum ostentantes mortali homini, canes:
 Natura suaſerit demones esse integros,
 Ac uitiose adeo materiæ germina fruge atque proba.

Poenæ mortalium uinetrices,
 Primas in te uindictæ, immortalis animæ altitudo: oculosq; pariter
 Omneis sursum uersum erige
 O naturæ homo præfidentis artificium,
 Quod si mihi sæpiusculû dixeris,
 Quonino dictum cernes.
 Nam neq; cœlestis eademq; curua moles uisitur.
 Stellæ nusquam collucet: lunæ lumen conditum est:
 Terra non extitit.
 Ne naturæ imaginem nuncupaueris, exemplar uisile.
 Undiquaq; nesciæ, doli animæ habentis ignis extentis
 Cum spectaris citra formam ullam sacrosanctum ignem
 Lucentem, hucq; & illuc subsilientem ad uniuersi orbis altitudinem,
 Audi ignis uocem:
 Symbola, mens paterna animabus insecuit.
 Certo scito intelligibile extra mentem esse,
 Est intelligibile quod oporteat mentis flore perceptum.
 Omnia ab uno igne profecta sunt:
 Qui ppe cum omnia pater absoluerit menti; tradiderit
 Secundæ, quem Primum appellitent nationes hominum.
 Quæ à patre mentes concipiuntur, eadem & ipse concipunt,
 Consilijs multis illicientes ad concipiendum.
 Rectores intellectuâleis simul & inflexiles mundus obinet:
 Ipsum sese pater rapuit.
 Ac ne in mente quidem intelligentiæ compote, quæ ipsum
 Insequatur ignem suum inclusit.
 Pater non metum, sed suasionem admouet.

COMMENTRIVS PLETHONIS.

PErquire animæ ductum.) Zoroastrici magis existimant, quod
 idem complurculi quoq; alij crediderint, animam humanâ immor
 talem quidem illam corruptionisq; nesciâ, superne allabi mortali huic
 corpori corruptiliq; uelut mercedē locatam operam nauaturam, hoc
 est, aliquantisper suam illi operam præstituram ornando quâ bellis-

finē fieri atq; exquisitissimē possit, officioq; item uitæ persurgendo.
 mox eandem hinc retro, unde profecta est, locum capessere. At uero
 eum plurimæ eo loci animæ sedes adsignatæ sunt et descriptæ, una
 quædam hercle undiquaq; collustrata splendescensque altera calig-
 ne circum undique suffusa: demum duæ, quæ supra ista memora-
 tis intermedia nec resurgant, nec obscuritate caligine circumfun-
 dantur: anima utiq; à primâ harum omnium sedium illa lapsa corpori
 huic emortuo si operam ipsi gnauam impensamq; collocauit: exq; of-
 ficio cui est, obeundo destinata, hanc illi dicitur ex integro unde pro-
 secta est, cedere subuolareq;: alioqui nisi probè sancta sit officio suo,
 hinc euolare ad locum degeriorem etiamnum et molestiorem, actioni-
 bus æqua lance pēstitatis, queis in uitâ incubuerit. Iam primum igitur
 commoneris oraculo, peruestigandi animæ ē *χ. τοῦ*, id est, uitæ per quæ
 anima tibi superne fluxerit: unde nimirum quoq; uitæ ordine, nauata
 huic corpori opera, denuo in eundem ordinem, unde commigrasti, sci-
 scaris, sacrosancto etiam uerbo operi agglutinato, iunctoq;. Sacrosan-
 ctum adeo uerbum hic accipe, quod de cultu dijs impendi solito proda-
 tur: opus autem, sacrificium atq; ceremonias, ut sit hic uerus germa-
 nusq; sensus, præter sermonem de cultu diuis consecrato religioneue:
 ex promi solium, sacras quoq; ceremonias adscitas oportere ad hanc
 ipsam animæ subuectionem, ne deorsum, præcipitij uocabulo cogno-
 misat lapsum in corruptionem, uitium, et calamitates: ut terræ quoq;
 uocat terreum mortaleq; corpus, alioquin et terræ cognomento, na-
 turam interiuram: ignis uero diuinam, celestemue: isthæc ipsa oracu-
 la fere intelligunt. At uero locum septem meatibus præditū appellāt
 fatum ē septem erroribus coagmentatum, sub quo necessitas, premēs
 quidem illa neq; non inuariabilis quoq; situm nacta sit. Quare monet
 oraculum ut ne deorsum, id est, in corpus morticinum caducūq; pro-
 pensius incumbas: ut quod fato illi ē septem erraticis apto consertoq;
 ut pleraq; certe omnia obnoxium succumbereq; adeo comparatum ijs
 adscribi commodè possit, quæ nostro ipsa arbitratui subducta sunt. Et
 certe infortunatissimus haberi merito quidem tuo possis, si cum eo to-
 tus spectaueris, uoto fruisi nō cōtingat: præq; ui magna necessitatis,
 ni temetipsum construxisti, res tibi tuæ peius idēdem minimeq; uo-

tis consentaneè uertant. Tuum uas) Vas animæ tuæ, nimirum cadu-
 cum hoc corpus uermes iuxta feræq; sunt habitaturæ. Ne fatum au-
 xeris) ne coneris augere fatum tuum, id est, auctius ampliùsue redde-
 re, quàm quantum tibi constitutum est & præscriptum. nec enim ulla
 unquam cura eualerit id ut effectum exhibeas. Neque enim à pater-
 no principio) Nam nec à patris primordijs supremi utiq; dei man-
 cum quicquam inchoatùne proficiscitur, te scilicet ut possis absolue-
 re. Nam illinc omnia suis affabre numeris expleta indicio eo manare
 conspectissimum est, quòd ad exquisitissimam illam uisendamq; cū pri-
 mis uniuersi naturam enixe tendunt. At uero non admittit) mens pa-
 tris, alter utiq; Deus, animæq; item perpetuus opifex, haudquaquam
 adnuit huius uotis usque dum excusserit obliuionem, quam merito ne-
 xus corporis contraxit, uerbæque eundem ediderit conceperitq;, me-
 moriam testantia sacrosanctæ patris tesseræ, hoc est, præceptionis
 elegantissimæ cuiusq; rei accurato studio consectandæ, quæ identidem
 retractanda anima fictori suo semetipsam approbet. Adspirandum
 tibi properandumq; est.) Lumen splendorq; patris locus is est ani-
 mæ, qui collustratus circumfususq; splendore habetur, unde anima plu-
 rima quidem illa mente succincta, huc demissa sit, ita uero consentaneè
 rationi fuerit, ad idem ut lumen denuo nitatur, atq; properet. Hos
 autem terra deplorat.) Qui ad illud ipsum lumen, unde anima ipsis
 corruata est, non omni opere contendere meditatur, hos terra, id est
 natura interitui obnoxia deplorat, in hoc natos, hanc ut illustrarent,
 & excolerent. Iam uero qui non solum nihil huic ornamentis concilia-
 runt, sed sibi quoq; ipsis notam consiuerunt uitæ per nequitiam tran-
 factæ, horum improbitas ad posteros transfunditur, calamitoso ipsos
 uitæ genere olim distringendos. Expulsores animæ) appositæ ra-
 tiones animæ à flagitijs asserendæ, sunt ἐν λυτοῖς, hoc est, subrepente
 interim obliuione, oblitteratu solutuq; faciles. Leuo in latere cubilis)
 in latere sinistri tui cubilis fons uirtutis scaturigoq; habetur, id est, po-
 tentia intus quidem illa condita, cuiq; nunquam germana sua integri-
 tas, id est, natura omnis affectionis exors, eripi possit. nam & immotā
 nullaq; ratione excutiendam uirtutis potentiam sortiti sumus, quan-
 quam usus actionum uirtutis desinere potest & interrompi. Porro

potentia sinistro lateri adscripta est, quod functiones dextro contri-
 buuntur. cubile autem animæ nostræ, locus is esse statuitur, qui affe-
 ctionibus ipsius eximijs præstabilioribusq; substratus est. Anima ho-
 minum anima humana deum ad se quad intenus α' γ' ξ' ζ', hoc est, ar-
 etissime sibi deuinctura implicituraq; est, sui uidelicet assiduum uindi-
 cem et assertorem. Sed et eiusmodi quoque esse intelligitur, quæ
 merito quidem exquisitæ cum deo similitudinis nihil (duntaxat ex se-
 se) agnoscat, quod exolescere tandem labefactariq; possit, ut quæ diui-
 nitus ebria sit, hoc est, diuinis celestibusq; bonis cumulatisime prædi-
 ta: quin et adeo non pudore suffunditur, quod huic corpusculo innexa
 cōglutinataq; est, ut in ea etiā harmonia, quæ corpori uigore influat,
 impensius nescio quo pacto, insolentiusq; gloriatur, et uero magnifi-
 cē de se sentiat: cuius auspicijs una cum mortalibus immortalia uinciā-
 tur: ita quidem, ut totum ad concinnam quandam scitamq; coherentia
 adstringatur. Quoniam potētia patris intelligentiæ cōpotē, ipsum al-
 terū scilicet deum, isthæc oracula longē omnium principem cognomi-
 nant, nimirum a supremo deo proficiscentem. hac porro parte mone-
 mur, illa ipsa patris potentia animam procreatam, eandemque ignem
 esse lucidissimum, hoc est, diuinam quandam essentiam, intelligendiq;
 facultate donatam: ac proinde ipsam exortem interitus permanere,
 quod substantiam nacta sit diuinitatis participem: et præterea suæ
 ipsius uitæ eandem esse dominam, quam obtineat haudquaquam ulla
 æui diuturnitate cōsummāda. quādoquidē quæ eripi nobis extorque-
 riq; possunt, horum domini meritō certē fieri nequit, ut existimemur:
 etiam si fortasse euenire queat, si quæ indidem cōmoditas emanet, hāc
 ut demetere interea possimus et percipere: At quæ decedere nobis
 amittiq; nequeunt, ea uero iuris quoq; nostri dominijq; fuerint: in uni-
 uersum, anima supplementis orbis compluria possidet, merito quidem
 suæ ipsius æternitatis, id est, uaria plusculaque in orbe loca, ad quæ
 identidem reuolet expensis ad æquilibriū, pensatisq; actionibus, quas
 dum uita suppetitauit, absoluerit. Quere paradison) id est, lom-
 cum animæ splendore quoquo uersus obseptum. Ne spurces spiri-
 tum) Pythagoram Platonemq; sequuti, animam ut non undecunque a
 corpore diremptam haberi, ita nec prorsum inseparabilem substan-

tiam, in hac sunt opinione, ut prædicent. posse uero parte seiungi ab-
 soluiq; parte non posse: potentia certe posse, re non item. Quin idem
 tria ferè summa formarum genera constituunt: unum, quod penitus à
 materia secernatur, cuiusmodi uidelicet mentes illæ, quibus suus su-
 præ cælum situs assignatus est: alterum, quod à materia exolui ab-
 iungq; non queat: cui quidem ipsi substantia sciscatur, haudquaquam
 per se subsistens, sed addicta connexaq; materiæ: cum qua & ipsa so-
 lubili scilicet, interitionique obstricta, hocce genus animæ pariter e-
 moriatur: atq; hoc genus omne animæ rationis expers esse: inter ista,
 mediam locant animam ratione præditam, à mentibus quidem ijs, quæ
 supra cælum collocatæ sunt, eo interstitio diuersam, quòd perpetuò
 implicata materiæ agglutinataq; uisitur: ab irrationabili porro, quòd
 hæc neuiquam ipsa materiæ coniungitur, quin uice uersa, materia illi
 ipsi habetur adiuncta, per sese ipsa potentia quidem certè subsistens,
 itemq; impartilis, iidem ut mentes illæ supracælestes, quibus etiam-
 num ipsis confines quadamtenus, germanæq; functiones reddantur, sed
 & eadem quoque, quæ rerum notitiæ commentationiq; proxima sit,
 ad summum usq; deum peruadit, atq; eo quidem nomine incorruptilis
 habetur, & animam autem, quæ huiusmodi esse intelligatur, cū cor-
 pore æthereo ceu uehiculo, perpetuò uersari: quod illa attactu conti-
 nuo, ad consortium quoque immortalitatis adsciscat, inanime quidem
 omnino suapte natura, sed ab anima tamen irrationabili sequioræque
 animæ genere donatum: quod ipsum, quum sapientibus uiris idolum
 animæ nuncupetur, im agnandi uis præditum & sensu, uideat, sentiat,
 demumque nullo non sensu uigeat, præterq; cæteris alijs brutis animæ
 facultatibus: ita per potissimam hoc genus corporis uim, quam *Φύσις*
τοῦ σώματος uocent, animam rationalem cum, toto hoc corpore iugiter as-
 siduèque uersari. Cæterum animam humanam uiuifico partus spiri-
 tui copulari, per corpus huiusmodi merito cognationis cuiusdam im-
 plicitum: alioqui quod spiritus quoq; quidam sit: porro autem demo-
 nias animas ut non ita lato discerniculo ab humanis euariant, nobilio-
 res tamen, tum ipsas esse, tum nobilioribus quoque uehiculari fruis-
 ci. Ad hoc misceri nullo pacto posse corruptibili naturæ. Iam uero syde-
 rum animas, ijs quoque demonijs longè præstantiores, præstanti-

oribus etiam uti uectabilis, quæ corpora sint amplitudine facultatis
 actiue collucentia. Quas de anima sententias retrò quoque Zoroastri
 Magi uidentur expressisse. Commonet igitur oraculum, ne rem pla-
 nam adaugeas, id est, ne denses: (nam epipedon dicitur, nō quia triplici
 mensu non constet, ut quod corpus esse sit exploratissimū, sed ut sum-
 ma eius subtilitas, exilitasue demonstretur) incremento addit: men-
 tōque subinde huic moli adiiciendo, crascescere quippe spiritum istius-
 modi, si ad mortale corpus pronius deuerget. Est & idolo idolum
 animæ nominat partem eam, quæ cum rationis expers sit, parti ratio-
 nis capaci adhærescat. refert autem ei idolo locum quoque esse in loco
 illo usquequaque splendido: neque enim unquam animam amittere. &
 se additum sibi conditumque uhiculum. Sed nec materiale cor-
 pus) animæ quisquiliis, reiectamentisue nominat, corpus caducum oc-
 ciduumque: commonetque itidem, ne ipsum illud neglectum & segni-
 ter accuremus, parum commode salubriterque constitutum: sed cu-
 ran huic mediocrem impensam oportere, ab eo certè, qui pensum en-
 titandum uitæ exigit, quò nimirum firma ipsi ualitudine & integra
 conseruetur, duntaxat quanta maxima cura diligentiaque præstari
 possit, superque cætera omnia dignitati animæ suffragentur & qua-
 drent. Ne exegeris) ne exegeris animam à corpore, uidelicet in-
 tercidere, fatiscereque natura cōparato, uti ne quid, cū migrarit, ipsi
 periculi creetur. Certè quidem illud ipsum aliud nihil meritò esse cen-
 seas, quàm semetipsum humanis rebus exigere præter naturæ præ-
 scripta. Si mentem igneam) Si mentem igneam ad religionis mu-
 nia crexeris, caducum istud atque dissipabile corpus, innoxium præ-
 stiteris, & incolume. E sinibus terræ) est, nec rarò, quum inter sa-
 crificandum *Φερτοῖς καὶ τα*, hoc est, uisa, spectraque nescio quæ, ca-
 num expressa similitudine, specieq; itidem alia prodigiose fœda com-
 pareant: hoc genus omnia monentur è terræ sinibus profilire: id quod
 affolet, quum terrenum istud corpus iuxta atque abolitioni obnoxia-
 um, neque non affectus ipsi congeniti haud dum penitus rationis ma-
 gisterio compositi sunt & digesti: quorum quidem simulachra uisiten-
 tur, inania quidem illa, nullūque naturæ solidam subsistentiam præ-
 ferentia. Natura suaferit.) Natura, hoc est, naturalis ratio

peruicerit, genios, quos *dæmonas* cognominent, integros esse maxi-
 moq; opere incorruptos, & adeo omnia quæcūq; à deo optimo quidē
 ipso ex sese proficiſcūtur. Sed enim ipsa quoq; infœlicis prauæq; ma-
 teriæ germina illiusmodi appoſitiſimè cēſeri queāt, quæ inter ea, quæ
 proba frugūq; ſunt, recenſeantur. alioquin materiā uilem deſpicatāq;
 uocant, non ſubſtantia adeo, nam qui tandem fieri poſſit, cuius germi-
 na proba laudatāq; ſint, ipſum ut uitioſum eſſe ſubſtantia (duntaxat
 accommodatē) dicſitetur: etenim eo nomine improbam materiā appel-
 lant, quod nouiſſima inter ſubſtantias corrogatur, pauciſimæque o-
 mnium rationem boni cooprat: ſed ita tamen, ut minutiſſimam quāque
 materiæ particulam, uitioſam intelligas: alioquin, inquit oraculū, cum
 uitioſæ etiamnum materiæ, hoc eſt, ſubſtantiæ deſticitatiſimæ germina
 proba ſint, certē ſumma ratio eſt, quamobrem huiusmodi eſſe demo-
 nes itidem credatur: & quidem tantò locupletiùs im̃p̃ēſiusq;, qui tum
 natura ſint rationis participe præditi, tum naturæ omni corruptioni
 obnoxia impermixti. Poenæ) poenæ, ἡ ὀρί, furia, hoc eſt, dæmones
 cruciatibus irrogandis præſecti, ὅτι τῶν mortalium cognomina-
 ri poſſint: quippe quos à uitijs deterritos, ad honeſti rētiq; cupidi-
 nem accendant. Primas in te uendicet) in te altitudo profundit̃sue
 animæ imperitet, ac oculos pariter uniuerſos, id eſt, uireis cognitiuaſ
 ſurſum uerſum erige. O naturæ homo) hominem præſidentis na-
 turæ machinamentum coagmentumue nominat, q; arduis ſemetipſum
 rebus concedit. Quod ſi mihi ſe piuſculē) Si ſe piculē mihi dix-
 ris, hoc eſt, me uocaueris, dictum, me uidelicet, quē uocaſti, undiquaq;
 conſpexeris: quippe aliud nihil quicquam tum tibi temporis cernetur,
 quàm ſulmina, hoc eſt, ignis, huc illuc in orbe ſubſiliens. Ne naturæ
 imaginem nuncupaueris) ne geſtieris cernere imaginem naturæ, Dei
 uidelicet exemplar ex ſeſe quidem ipſum perſpicuum, & uiſile, ſed
 quod ſub conſpectum humanum ſitum non ſit. Nam quæ ſacris ope-
 rantibus uiſitantur, ut ignis, ſulmina, aut ſiquid aliud eſt huiusce ge-
 neris, ea tute credideris eſſe ſymbola: nō item dei naturam. Vndiqua-
 que neſciæ doli animæ) ignis, qui tibi inter ſacrificandum uiſitatur, ha-
 benas undecunq; in te extendito, in anima ὡς ὅς, hoc eſt, minimē
 maria uerſatiliue mente, atque à uitio q; maxime aliena ex purgataq;.

Cum spectaris simul cōspexeris sacrosanctum ignem, effigiationisq; expertem et formæ: præterq; quoquoersus per mundum iuxta salutariūq; et desultoriē splendescētem, gratias age, simulq; hilariter et alacriter ignis uocem audi, quæ uerissimam quandam fixissimamq; prænotionem præseferat. Symbola mens paterna mens paterna, id est, animæ iugis opifex, notas, id est formatum intelligibilium imagines, animæ inseuiri: quibus illa freta, rerum essentias sibi rationesue conciliet. Certo scito intelligibile) existimato res intellectuales extra mentem tuam actu esse. quanquam enim ab opifice imagines tibi rerum intelligibilium sunt inditæ, id tamen ipsum potentia certè duntaxat factum. Quò sit, ut actu quoque rerum intellectualium asciscenda tibi notitia sit animoque consecranda. Est intelligibile) id est, supremus deus, qui unus eximius sit, et antiquissimus habet edus, haudquaquam eodem atque alia pacto concipitur, uerum mentis flore, id est, singulari potissimaq; mentis parte. Omnia ab uno igne) omnia ab uno igne promanarunt. Quippe cum omnia) pater omnia absoluit, intelligibilibus uidelicet formas: ut quæ probè expletæ, suisq; numeris absolutæ sint, alteriq; à se deo regunda tradidit, unde fiat, ut siquid ab hoc deductum sit, et ad ipsius aliūsue substantiæ intelligibilis exemplar effectum: id à summo illo deo ortum credatur et profectum, quem et ipsum primum haberi gentes statuunt, quæcunq; absidium mundi architectum, quoq; non alius superior sit, esserentur.

Quæ à patre mētes) ἱερωαὶ, intelligibiles formas appellat, quæ tum à patre concipiantur, tum et ipsæ concipiant: adq; concipiendi commentandue munia obeunda extimulent, consilijs ἀφδιαιτοῖς, id est immotis. et hoc alioqui loco motum intelligendi, non transgressio nē aut cursum, sed ad intellectualem relationē, habitūue hoc oraculi accipit. Quare et ἀφδιαιτοῖς, intellexeris p eo quod est, immotis. hoc sensu, hæ species immotā minimeq; ut anima, uagum ad intelligibilia respōsum obtinent. Rectores intellectual.) ea quæ in hoc orbe ab immortalibus deducta sunt, mundi rectores intelligentiæ compotes uocat, quorum principem cōstituat alterum à patre deū. Alioquin quā aiāt hoc oraculum, rectores esse mundo inflexilibus, dubium non uidetur, quin cōspectet, ut ipsi immortalitatem asserat. Ipsum sese pa-

ter) semetipsum pater à reliquis abiunctum haberi uoluit & exempti-
lem, adeò ut ne in intellectu quidem facultate altero à se deo ignem
suum, hoc est, diuinitatem inluserit finieritue. Huius autem porro di-
uinitas à cæteris ipsa rebus exempta est: uidelicet quoniam ille idè &
ortus immunis est, & per sese ipse extat: alioquin nec possit contingere,
hic ut cuiquam adsciscatur, licet in eo quod à cæteris omnis contri-
buitur, multò ipse libentissimè acquiescat. nec tamè, quod inuideat sese
admittendum non exhibet, uerum eo certè nomine, quod adeò non il-
lud ipsum fieri possit, ut in antiphasin, hoc est, contradictionem com-
meet. Pater non metum) Cum enim eximia quadam insigniq; pror-
sus bonitate præditus sit, cū eo q. omnibus quoq; bonorum est autor,
nemini utique periculum accerserit, unde horrendus esse possit.

Placita hæc Zoroastrica cū frequētes oppidoq; clari uiri confirma-
rūt, tunc uel maxime Pythagoræ iuxta Platonisq; cōsectatores. Qui-
bus & istud inter ea quæ Zoroastro prodita sunt (utiq; si Plutarcho
subscribitur) admissum sit & approbatū. Nēpe q. tribus res parti-
bus designauerit. Altera Horomazē, quem hoc genus oracula primi
dei cognomento uocitent. Altera Arimanen, parte nimirū postrema,
ut media Mithran. Qui deus alter oraculis hisce dictitur. Alioquin
& in Mithræ uocabulo Persæ solem intelligunt. Sub hæc Horomazē
triplicē se constituisse, duplicem autem Mithran, uidelicet qui alter ab
Horomaze sit. Quib⁹ & Platonica quoq; illa prorsus accesserint, in
omnibus regem totū esse, cuius & ipsius gratia omnia sint. Quin eū-
dem omnū bonorum causam haberi primordiale: demumq; secundum
in secundis, tertium in tertijs consistere. Iam rerum uniuersitatem
Zoroaster Platoq; tribus partibus absoluerunt, una sempiterna. Al-
tera genita & nibilo secius tamen immortalis. Tertia, ad obitum corru-
ptelamq; tendente. Et Zoroastren quidem eousq; uetustum Plutar-
chus adfirmat, ut annis quingentis bello Troiano priorem fuisse testa-
tum scriptumq; memorie reliquerit.

FINIS.

Iacobus Marthanus Candido
lectorī S.

Libellum Zoroastrī, Plethonisq; in eum
commentarium, scriptoris Theodori Gazæ
æuo clarissimi, cuius mentionem quoque fa-
ciat Theodorus lib. Ἐν ἑκκλωδῶν , quum vertif-
sem, Conradique adeo Neobarīi viri elegā-
tium literarū peritia visenda præditi, meiq;
item longe cupientissimi precibus extentis
adductus ædidissem: obnixē te rogandū cā-
dide lector existimaui, vt hoc meum inter-
pretamentum eo candore appenderes, quo
mihi eusum est & æditum. Nam adeo non
hinc vllam laudem aucupor, vt belle me-
cum decisum iri credā, si non omnino sup-
primendum circūducendumve hoc fuisse
videbitur. Vale.

E R R A T A

Pag. 3. versu. 1. In epistolę inscriptione Gancherio, lege Gaucherio..
Ibidem epistolio, ver. 11. cisci, lege scisci. Pag. 5. ver. 31. lege finibus..
Ibidem, ver. 29. adiunge post dictionem ne quid, cum exierit.
Pag. 6. ver. 2. vindicet-lege vendicet. Ibidem, ver. 22. multis, lege mu-
tis. Ibidem, ver. 29. Magis, lege Magi. Pag. 7. vers. 3. sunt, lege sint.
Pag. 8. ver. 7. post dictionem scilicet, adijce ipsum.

Porro autem pag. 14. ver. 29. πεντακοσίοις hoc est, quingentis red-
didi, & supra veri fidē sit, si πεντακοσίοις agnoscatur, ut præ-
teream & frequentes mihi utraq; lingua scriptores subscribunt.



